Nobilissime Domine

Vide quanta fiducia ad equitem accedit ex parvis Quiritibus pedestris, et e trivijs homo amicitiae tuae fores pulsat, et Augustum Constantini nomen compellat Schrevelius humili schemate, petit ut Eucharisticum ad Deum opt. Max. benigne excipias, et munusculum hoc qualecunque litterarium aequo animo accipias, et hanc mihi officiosam operam praestes ut tua manuductione sub aspectum illustriss. Principis veniat, et Excellentiae eius ea animi submissione offeratur qualis et subditum, et humillimum clientulum decet; habebis mi Domine tanti beneficij nō immemorem debitorem, et ad oīa officia paratissimum: Ita me amet aeternus, cui amplitudinem tuam atque adeo totam familiam cōmendo Vale XIII. April. Hagae Comitis.

Amplitudinis tuae studiosissimus

Schrevelius.

ACAD. LUGD. BAT. BIBL.

B.P.L. 1961
Schrevelius Cornelius
Holland Philolog

© Universiteitsbibliotheek Leiden
BPL 1961
http://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/s16

D. D. Constantino
Hugonio Equiti et
Illustriss. Principi a
Secretis.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
BPL 1961
http://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/s16